

catholicorum dicta per plurima. Finito autem conflictu
 Georgius correctus est, Macharius uero cum suis sequacibus
 simul et praecessoribus, Cyro, Sergio, Honorio, Pyrrho et
 Paulo et Petro anathematizatus, et in locum eius Theo-^{Throphanius.}
 phanius abba de Sicilia, Antiochia episcopus factus, tan-
 taq[ue] gratia legatos Catholicae pacis comitata est, ut Iohan-
 nes Portuensis episcopus, qui erat ex ipsis unus, dominica
 octavarum pascae missas publice in ecclesia sanctae Sophiae
 coram principe et patriarcha latine celebraret. Haec est
 VI. Synodus Constantinopoli celebrata, dominica incarna-
 tionis DCCII anno. DCCIII. DCCIII. DCCV. DCCVI.
 DCCVII. DCCVIII.

Conradus rex de Britannia Romam perrexit, ibique at-^{Conradus R.}
 tonsus ac monachus factus in ieiunijs et orationibus usq[ue]
 ad diem permansit ultimum. Eodem anno mortuus est
 Druogo.^{Druogo J.}

DCCIX.

^{Fames.} Durus et deficiens fructus.

DCCX.

Pippinus rex perrexit in Alamanniam.^{Pippinus.}

DCCXI.

^{Inundatio.} Aquae inundauerunt ualde.

DCCXII.

Mors Heriberti regis Longobardorum.^{Heribertus J.}

DCCXIII. DCCXIII.

Mors Pippini regis, qui fuit filius Ansgisi, post quem Caro-^{Pippinus J.}
 lus eius filius regnauit.

DCCXV.

Pugna Francorum et mors Dagoberti regis.^{Dagobertus J.}

DCCXVI.

Pugnauit Carolus contra Raibodum regem.^{Carolo mag.}

DCCXVII.

Pugnauit Carolus contra Francos, in dominica die ante
 pasca.^{Carolo mag.}

Carolo mag.